

eiusq;
de Virtutis inci-
ta mentis ac sti-
mulus



J. N. J. C. G. C. A. G.

VT

ACTVI VALEDICTORIO

IVVENIS EXIMII ATQVE POLITIORIS HUMANITATIS
HAVD EXPERTIS,

CAROLI GOTTLLOB WORMII,

CHEMNICENSIS,

VENERABILES DOMINI INSPECTORES SCHOLAE ATQVE ALII VIRI, QVI CHEMNICII NOSTRI SVNT LVMINA, DOCTRINA AC MERITIS PRÆSTANTES,

AVDITA NONA MATUTINA,
IN SCHOLAE AVDITORIO PRIMO,
DIE NOVEMBRIS SEPTIMO ET DECIMO,
INTERESSE BENEVOLE VELINT,
MAGNO ROGAT OPERE

M. Daniel Müllerus,

ReG. Schol. Chemnic.

CHEMNICII,
LITTERIS STOESSELIANIS A. MDCCXXXIX.





* * *

Uemadmodum equi, sponte etiam currentes, subditis calcaribus, vehementius atque incitatus ad metam feruntur: ita etiam iuuenias homines, qui, si vel maxime a virtute minus aliena sint mente, per incitamenta certa, quasi calcaria quaedam, ad eam magis sectandam, instigantur. De his virtutis, paullo latius etiam acceptae (a), ita, ut gentibus pleniori Dei cognitione carentibus tribui queat, incitamentis praefari hic nonnulla, commoda mihi oblati occasione, constitui. Ac ne diu extra oleas vagari videar, prima omnium ac palmaria incitatio est ipse sacer codex, summum illum Deum, qui totam hancce vniuersitatem condidit, auctorrem agnoscens. Quod si Rex vel Princeps terrae hujus, qui alios potentia multum exsuperat, praecepit aliquid; sane mandatum eius tantum habet ponderis, ut, qui ipsi sunt subiecti, ad expediendum illud eito aduolentur. Deus autem, cui nemo Principum par est, secundusque nemo, suo mandato magis nos ad virtutem debet impellere. Legere quidem me memini, nescio ubi, vocem *debet* in sacrificis noui foederis libris non inueniri, & in quoque excitationem *ad eum*, minime reperiri. Verum ita qui iudicat, se in legendis scriptis sacris non adeo veratum esse, clare laris indicat. *Paulus* enim, diuinus ille scriptor, si bona quaueis ac honesta Philippenibus, & omnibus simul Christi adsefactoribus commendat, inter alia ita (b) pergit: *εἰ τὸς ἀρετῶν, εἰ τὸς ἐπιτελεών, ταῦτα λογίζεται.* Mentionem etiam insicit *τὰς ἀρετὰς* (c), item *τὰς ἀρετὰς* (d), Petrus; verum ibi ad Deum spectat istud *elegium*, & illa maxime Dei gratia intelligitur, qua homines deperditos redemit, vel, uti explicat interpretum non nemo, *sapientia, misericordia, iustitia, potentia, sanctitas & veritas.* At suffici nobis vnicus ille Pauli locus ad virtutem adamandam, vel, quod idem fere est, ad pietatem coledam (e) efficaciter incitans grauiterque impellens. Accedit ad sacram illud verbum fana ratio, cuius reliquiae euangelio homini insunt, suadentes atque urgentes, ut homo non nisi bona, pulchra & honesta, non vero turpia efficiat. Sic ad virtutem, manu quasi porrecta, ducit hominem mentis sanitatis; a viriorum conluciente, manu quasi inculta, retrahit. Non video, vnde genitum philosophi ad unum fere omnes virtutem cognoscere, cognitam lueulentia ratione describere, ad descriptam exhortari diligenter potuerint, nisi fana ratio aliquas ipsius suppetias tulisset. Vnde & *Cicerio* non Oratorum modo, sed Philosophorum etiam, inter latinos, princeps, *virtutem esse habitum rationi consentaneum* dixit (f). Si integrum mihi est, aliquorum tantummodo ex magno illo sapientum grecis cogitata de virtutis indole exponam. Ille ingenii & doctrinae princeps *Plato* *virtutem esse sanitatem quandam* (mentis) & *pulchritudinem, & bonam animi constitutionem* statuit (g). Ex sententia eiusdem *Platonis* ita depinxit (h) illam *Alcinoeum*: *Virtus est affectio animi perfecta & optima, hominem ornatum, praestantem & idoneum reddens, tum ad decendum, tum ad agendum, sive solus agat, sive cum aliis.* Simili fere ratione *Apuleius* scripti (i): *Virtutem Plato habitum esse sensit mentis optimae & nobiliter figuratae, cerera.* *Aristoteles* quanquam cum Platone in eo consentiar, quod virtus donum quoddam & beneficium Deorum sit; simul tamen eam a ratione fana, optimum inter duo extrema eligente, deriuat: id quod, cum aliorum philosophorum de origine virtutis placitis, vberius exponere supersedeo; ad unicum *Confucius*, qui, diu ante Christum mundo datum, disinctam boni malique cognitionem, praeceps ratione fana, docuit, rationisque huius culturam continuam praecepit, non nescius, appetitus in ordinem redigi haud posse, nisi homo in vero boni amore, & in vero mali odio stabiliatur. Plenius mentem *Confucii* de virtute, fanae rationis ope adsequenda, proferre, operae pretium est: verum quia scripti huius angustia, vel ordiri hic eiusmodi telam, multo magis

(a) Pertinet hoc distinctione virtutis naturalis & supernaturalis, de cuius conuentientia & differentia agit *D. Io. Gottl. Pfeiffer* in *Dissert. peculiari*, quae excerptum in *Nouis Litterarib. Germ.* a. 1708. p. 190.
(b) *Philipp. II. 8.* (c) *2. Petr. I. 3.* (d) *1. Petr. II. 9.* (e) Virtutem veram non nisi per pietatem perfici putant nonnulli. Vide *Acta Erud. Tom. V. Supplement. p. 470.* (f) *Lib. II. de Inuent. cap. 12.* (g) *Lib. IV. de Republica circa finem.* (h) in *Institut. ad Doctrin. Platonis*, cap. 21. (i) *Lib. II. de Dogmat. Platonis.* Mentre *Platonis* de virtute declarat etiam *Magnus Daniel Omeifius* in *Ethica Platonica*, pag. 34. seqq.

pertexere prohibet: commendandi omnino sunt sciendi cupidis viti duo longe celeberrimi, qui, ut alios hac de re accuratius instituerent, multum operae infumierunt, Georgius Bernhardus Buffingerus (k), nec non Christianus Wolffius (l). Ex paucis hinc patere, credo, porefi, virtutis semina esse in quoquis homine: quae nisi malitiose proterantur atque conculecentur, excrecere & fructus ferre lactos valent. Superet sane aliquid luminis, quod nisi proterue extinguatur, viam ad honestatem virtutemque sedulis monstrat scrutoribus. Haud obscurum hoc fuit Seneca, homini non Christiano, sicuti renunt nonnulli (ex quorum opinione cum Paulo, fido Christi ministro, commercium habuit litterarium) sed pagano, *virtus inquietus* (m), in omnium animos lumen suum immittit: etiam qui non sequuntur, eam vident. Alibi Seneca idem mente suam ita explicat (n): *Virtus in medio posita neminem designatur, qui modo se dignum illa iudicauerit.* Prouehor ad aliud virtutis incitamentum, quod in ipsa virtutis pulchritudine, praestancia ac splendore reperire me existimo. Quis est, quem non ad se trahant res pulchrae atque elegantes? Si quid est, quod forma atque splendore reliqua superat, illud ab unoquoque magni aestimatur atque in delicia habetur. Jam vero omnem corporis venustatem atque dignitatem multum antecellit illa, quae animae a virtute accedit. *Vt enim obscuratur & offunditur* (licet hic Ciceronis verbis (o) vti) *luce solis lumen lucernae: sic rerum in corpore sitiarum aestimatio splendore virtutis & magnitudine obscuretur & obruatur atque intereat neesse est.* Nil pulchrius nonnullis ducitur auro atque argento: sed longe alter fener *Saltusius* virrum his praefers verbis (p): *Divitiarum atque formae gloria fluxa atque fragilis est; virtus clara aeternaque habetur.* Et quanquam etiam aliqui adeo coecutiunt mente, ut pulchritudinem hanc non conficiant; siquidem non nemo in Anglia audacter affirmat, *virtutem inanem esse chimeraam atque commentum humanum, quo legum latores & Philosophi ciuibus subdole imposuerint:* satis tamen stolida haec opinio a sagacioribus, praecepit ab Alexandro Innes (q) confutata est. Extat epistola nec breuis, nec leuis Angli cuiusdam ad Deistam de Pulchritudine & Excellentia Virtutis Morali, (r), in qua contra eos, qui priuatae vilitatis amore omne virtutis incitamentum abolui putauerant, pugnat, ac portius internam virtuti dignitatem vindicat, qua prudentiores alliciat, etiam si nullo proflus praemio commendaretur. Concedo auctori huic, virtutem, sine vlo si esset praemio, rem esse optimam, pulcherrimam ac proper fe experendam. In eo enim Scriptores tantum non omnes consentiunt, virtutem ipsam sibi esse mercedem; qua de causa recte cecinisse (s) Sulmonensem credunt Poetam:

*Iudice me, mercede caret, per seque petenda est
Externus virtus incommutabili bonis.*

Quid autem vetat, concipere sibi virtutem quam Reginam & opulentissimam & liberalissimam, praemia cultoribus suis tribuentem haud parua? Quid vetat virtutem ac pietatem cum Paulo ita depingere, ut altera manu vitae huius bona, altera beatam immortalitatem largiatur (t)? Praemia eiusmodi complura recenter (u) doctissimus Belga, Ruardus Andala, amicitiam cum bonis, dignitatem, felicitatem ciuilem, amicitiam cum Deo, pacem animi, ipsam virtutem, & tandem veram atque aeternam vitam felicitatem. Quod si ergo verius nihil est, quam virtutem suis haud desfiri praemii; quis quaelo adeo auersus est a veritate, ut non lubens fateretur, ea quoque ad virtutis incitamenta esse referenda. Ad haec quoque iure suo pertinere credas praeclaros patres, avos, maiores, nec non alios propinquos cognatione coniunctos. Si qui illarum virturum igniculos iamdudum extinctos contuerunt, inflammantur & ipsi atque impelluntur, ut eidem, qua maiores, vel dum demortui vel superstites inclinarer, virtuti se mancipent. Ego certissime

(k) in Specimine Doctrinae Veterum Sinarum Morali & Politice. (l) in Oratione de Sinarum Philosophia Practica. (m) Lib. IV. de Benefic. cap. 17. (n) in Consolat. ad Polyb. cap. 36. (o) Lib. III. de Finibus. (p) in Praetatione Belli Catilinarii. (q) in Aretologia fine inquisitione virtutis moralis. Vide Acta Erud. an. 1732. p. 214. (r) Vide Acta Erud. an. 1730. p. 380. seqq. (s) Lib. II de Pont. Eleg. 3. (t) i. Tim. IV. 8. (u) in Syntagma Theologico-Physico-Metaphysico. Vide Acta Erud. an. 1711. p. 124.

mihi periuadeo, non parum in venis Tobiae iunioris ebullisse sanguinem, quum ex ore Gabelis egregiam hanc patris laudem (x) perciperet: *Tu pi, iusti, Deumque reverentis patris es filius.* Neque haec mea solius est sententia. Venustus Poëta iam olim ita lensis canens: *Fortes creatur fortibus ac bonis: est in iuueniis, est in equis patrum Virtus, nec imbellem feroces Progenerant aquilae columbam.* Vnum virtutis incitamentum adiiciendum hic puto, nomen scilicet idem, eorum etiam, qui cognatione nos plane nulla contingunt. Scilicet si cui nomen cum viro claro commune est, hacc ipsa nominis communatis animum paulo generosorem accendit, vt ad candem graffari laudem incipiat. Quaerat hic posset, num etiam nominibus aliqua vis insit. Credimus hoc olim fuit; quare veteres de nominibus imponendis, vti, praeter ceteros, *Julius Caesar Scaliger* docet (z), vehementer laborarunt. Neque creditu difficile est, nostris etiam temporibus, fauere aliquos anili superstitioni, quae nomina certa chartas inscripta & collo suspensa febrem vel arcere vel pellere, aliaque mala auertere, probabile satis iudicat. At sicuti haec nominum vis vana fictaque est: sic illa, de qua paulo ante scripsi, eamque quoddam virtutis quasi incitabulum nominauit, vera saepius fuit deprehensa. Egregia hac de re *Io. Loccenii* sunt (aa) verba: *Non exiguis est virtutis stimulus in generosis animis nomen ipsiis cum excellenti viro commune, vel rei insignioris notam continens. Cuius enim personae vel rei nomen participant, eius fuit a decoraque acmulari student.* Post adductum Hesiodi testimonium pergit hac de *Loccenius* ita: *Inter Stoicorum placita erat, ut unusquisque suo nomine admonitore vteretur, qua de re extat Epitetti dissertatione apud Arianum Lib. II. Dissert.* Haec causa etiam *Alexandrum M.* permouit, vt, cum petram arduam, in India tunc versans, occupare vellet, triguinta iuuenibus fortissimis, ad hoc negorium destinatis, cum *Charo* praeficeret *Alexandrum* quandam, quem ut nominis, quod sibi cum eo commune esset, admonuit (bb). Haec causa quoque est, quae Iuuenem eximium & prioritatis humanitatis haud expertem

Carolum Gottlob Wormium, Chemnicensem,

illexit, vt, cum patriae scholae ultimum dicere Vale, atque altiora adgredi vellet, Vrum sui nominis Celeberrimum, *Olaus Wormium* (cc) accuratus considerare constituerit. Spes enim haud vana cum mulceret, fore, vt similitudine nominis ad constantem probitatem, ad maiorem in studiis ardorem & ad honesta quecum porro adducatur. Et spero ego omnino, hanc ipsum ipsius non fore irritam. Nam praetet *Olaus Wormium*, vtrumque, domestica haber exempla, Patrem Praenobilissimum, Confulem de vrbe nostra bene meritum merentemque, nec non Fratrem Excellentissimum, IurisVtriusque Doctorem, & caussarum Patronum Dresdace honore florentem, quorum nomina intentis adspiciat oculis, atque per ea quotidiana in virtute vera, non laruis virtutis (dd), doctrinique incrementa capiat. Quod spero, hoc etiam toto animo opto, vt nimur. Wormiani nominis recordatione in pectore illius ea flamma crescat, quae non prius fedetur, quam adequate se praefantia Viros, quibus idem & fuit & est nomen, cernat. Sic metam praefixam feliciter contingat. Ante discessum, *Olaus*, quem superius dixi, *Wormium*, oratione latina, quam sine meo auxilio bene elaboratam mihi obtulit, laudabit, & carmine germanico patriam valere iubebit. Cum votis meis, quibus nihil ipsi non boni precor, sua coniuncte carmine germanico amicus eius coniunctissimus

Johannes Salomo Heroldus, Ober Lungwitz Schoenburgicus, praemissa oratione latina, qua amicitiam, quae Damoneminster & Pychiam fuit, praedicabit. *Vos Patroni ac Fautores ea, qua debet, Colendi veneratione, maximo rogito opere, vt discendentem frequentes audiatis, & hac praefacta honorifica, placere vobis virtutis amorem, declaratis.*

(x) *Tob. IX. 8.* (y) *Lib. IV. Carminum, Od. 4.* .(z) in *Exotericis Exhortationibus, Exhortatione 266.* p. 763, seqq. (aa) in *Notis Politicis ad Curtii Lib. VIII. cap. XI. p. 283.* edit. Amstel. (bb) teste *Curtio, loc. cit.* (cc) Fuit & aliis *Olaus Wormius* aequaliter clarus ac celebris, illius, quem Nostrus laudat, nisi fallor, nepos, cuius vita exponitur in Nov. Literar. Germ. a 1709, p. 232, seq. (dd) De laruis virtutum in peculiari Disputatione, sub praesidio M. Ge. Christophor. Büttneri egit *Io. Wilhelmus Seydenschwanz.*

equa
de Virtutis in
tamentis ac
multis.

II f.
817.

J. N. J. C. C.

VT

VALEDICTORIO

ATQUE POLITIORIS HUMANITATIS
HAVD EXPERTIS,

LI GOTTLLOB
WORMII,

CHEMNICENSIS,


ERABILES DOMINI
DORES SCHOLAE
LII VIRI, QVI CHEMNICII
NOSTRI SVNT LVMINA,
AC MERITIS PRÆSTANTES,

AUDITA NONA MATUTINA,
SOLAE AUDITORIO PRIMO,
IE NOVEMBRIS SEPTIMO ET DECIMO,
TERESSE BENEVOLE VELINT,
MAGNO ROGAT OPERE

Daniel Müllerus,

Recl. Schol. Chemnic.

CHEMNICII,
RIS STOESSELIANIS A. MDCCXXXIX.



Farbkarte #13

